



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Theophilus Poenit. Fiducia in Mariam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. THEOPHILUS POENIT.

Fiducia in Mariam.

Domine Jesu , qui à THEOPHILO
ejuratus , eidem poenitenti reconci-
liari dignatus es per Mariam ; da
nobis ejusdem patrocinio , nostro-
rum consequi veniam delictorum.

*Ora pro peccatoribus, veniam despe-
rantibus, &*

Ham.
, Dei
Factus
s San-
i desti-
Danic
oldum
sto. In-
ne um-
one ba-
s man-
episco-
struxit
per
egni
pirata
45 spo-
st. An-
copat
unit
sanctu
& M
scrip
tos, s
rnit

Circa annum 838, Adanensis in Cilicia
 ecclesiæ Oeconomum agebat THEO-
 PHILVS, tanta cum laude integritatis, ut ad
 Episcopatum loci fuerit postulatus. Et illi
 quidem ad deprecandam huiusmodi pro-
 motionem satis habuit humilitatis; non
 item patientiæ, qua ferret abrogari sibi per
 invidiam munus, quod tamdiu gesserat. Er-
 go pro eo recuperando Hebræum Magum
 consulit: hic dæmonem adducit: dæmonem
 ejurare Christum ejusque Matrem jubet, &
 perfidiam chirographo dato firmare. Sic
 restitutum officio serua subiit gestorumpœ-
 nitentia. Misericordiæ matrem interponere
 præsumit advocatam apud filium, conti-
 nuato dierum 40 jejunio & jugi depreca-
 tione. Sic in ecclesia pervigilanti, ipsa ei ap-
 paruit; duriter increpuit, fidei professionem
 exegit, veniam indulgit, ipsum quoque chi-
 rographum ejus extorsit dæmoni. Quod be-
 neficium ille, ut par erat, æstimans; facti
 Episcopo confessione, in eadem ecclesia
 Deiparæ servavit quoad vixit; ibidemq; tu-
 mulatus ut Sanctus est, teste qui Vitam Gre-
 ce scripsit discipulo ejus Eutychemo.

*Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ
 ut misericordiam consequamur. Hebr. 4.*